Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Oculi dñi respiciunt omnia · manus dñi facit omnia · Et audiuit
inquit adam sonum pedum dñi deambulantis in paradiso ·
Haec simpliciter audiunt · & humanas inbecillitates ad dĩ magni
ficentiam referunt · Ego autem dico · quod ds totus oculus est ·
totus manus est · totus pes est · Totus oculus est · quia omnia
uid& · Totus manus est · quia omnia operatur · Totus pes est
quia ubique est · Ergo uid&ur · quid dicat · qui plantauit aurem
non audi& & non dixit · qui plantauit · Ergo ipse aurem non hab& ·
Non dixit ergo · ipse oculos non hab& · sed quid dixit · Qui plan
tauit aurem non audi& · qui finxit oculos non considerat ·
Membra tulit efficientias · dedit haec omnia · de litteris eorũ
& latinorum · & grecorum · qui priores nobis in catholica eccle
sia uiuentes diuina eloquia tractauerunt · Ideo commemo
randa arbitratus sum · ut sciat iste frater si quid aliter quam ista
sentit · Deposita dissensionis amaritudine · & fraternę caritatis
suauitate in integrum restituta atq; seruata · a diligenti & tran
quilla consideratione quęrendum · uel discendum · uel docendũ ·
Neq; enim quorum lib& disputationes · quamuis catholicorum
& laudatorum hominũ uelut scripturas canonicas habere debemus ·
ut nobis non liceat salua honorificentia quae illis deb&ur
hominibus · aliquid in eorum scriptis inprobare atque respuere ·
si forte inuenerimus quod aliter senserint quam ueritas hab& ·
diuino adiutorio uel ab aliis intellecta uel a nobis · Talis ego sum
in scriptis aliorũ · tales uolo esse intellectores in eorum ·
Deniq; & his omnibus quę de opusculis scõrum atque doctorũ
commemoraui · ambrosii · hieronimi · athanasii · gregorii ·
& si qua aliorum talia legere potui quę commemorare longũ
putaui · dm non esse corpus · nec formę humanae habere
membra · nec eum esse · per locorũ spacia diuisibilem · & esse
natura incommutabiliter inuisibilem · nec per eandem naturã